



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**VRBIS HIEROSOLY-//m[a]e, Templiq[ue] in ea origo, &
ho//rum rursus excidium, profana-//tio, aliaeq[ue] uariae
fortuna**

Langen, Rudolf von

Coloniae, Jan. 1517

VD16 L 341

De captiuitate Hierosolymo[rum], & templi ab Herode, Sosio Romanorum
duce sese adiuuante. Capitulum. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71344)

usq[ue] milia talentorum diripuit. Abstulit præterea & trabem auream atq[ue] uersatilem, minas trecentas pensantem. Mina autem apud Hebræos (ut Iosephus ait) due & semis libræ existimatur. Secundum Varronem autem & Priscianum, unam continet libram, & quam nos minam, Græci *μνα* una syllaba dicunt. Legendum igitur in euangelio, decem minas, nisi quis Græce magis legere uelit, q[uam] Latine. Crassus igitur tanta & tam inestimabili præda ditatus, sacrilegio a se patrato, non diu lætatus est, diuina eum sequente uindicta. Nam inceptam in Parthos expeditionem, p[er]sequens, Euphrate flumine traiecto, a transfuga quodam inductus, ad ignotam camporum solitudinem descendit, ubi undique circumuolantibus sagittariorum agminibus, cunctus eius exercitus ut telorum obrutus est. Ipse uero Crassus ad colloquium sollicitatus, ne uiuus (repugnantibus tribunis) caperetur euasit, sed dum fugam petit occisus est. Caput eius cum dextra manu relictum, ad regem Parthorum perlatum est, atq[ue] ita ludibrio habitum, ut faucibus eius agrum liquefactum infunderet, insultantibusq[ue] iam mortuo Parthis. Vrat te nunc aurum Parthicum, quod te uiuentem satiare non potuit. Postea uero (ut diximus) cum uinctum Aristobolum Pompeius triumpho seruandum Romam misisset, pontificatus principatum fratri eius Hircano tradidit. In quo tribus ac triginta præfuit annis.

Mina.
Iosephus.
Varro
Priscianus

*in p[ar]te u[er]bi u[er]ba p[er] se
ut u[er]ba ad bellu[m] g[er]it
exp[er]iant temp[or]e aut
a p[ar]te u[er]bi g[er]it
deu[m] exp[er]iant a u[er]bi
u[er]ba apparat ad d[omi]n[u]m*

*Terribilis
no[n] sit u[er]ba u[er]bi factu[m]
habere eff[er]am*

¶ De captiuitate Hierosolymorum, & templi ab Herode, Sosio Romanorum duce sese adiuuante.

Capitulum. VIII.



Mergente post hæc apud Romanos inter C. Cæsarem & Cn. Pompeiũ potētissimos ciues civili discordia, q̄ apud Thessaliam totius sunt orbis uires conuallatae, Iulius Cæsar fugiente senatu

Romam ingressus, Aristobolum cum Antigono filio solutum a uinculis in Iudæam remisit, ut recepto p̄ Aristobolum Iudæorum regno, Pompeianas ibidem partes disturbaret. Sed per Pompeianos est in itinere Aristobolus interfectus, Antigono superstitite filio, Parthi uero Crassiana uictoria insolescentes, in Syriam irruerunt, Antigonomq̄ nō solum in regnum Iudæorum restituerunt, uerum Herodis fratrem Phaselũ & Hircanum patrũ cui (ut diximus) sacerdotij principatum Pompeius contulerat, captiuos in potestare eius fecerunt. Post hæc Herodes qui ad regnum Iudæorum iam animũ intēderat, a Romanis Iudæorum declaratur rex. Missusq̄ interea contra Parthos Ventidius Bassus, Herodem in auxilium uocauit. Qui Parthis (ut dictum est) in Syriam irrupentibus strenuissime uictis, Crassiana uisus est damna reparasse, unde & Herodi assequendi sibi a Romanis dati regni animus creuit. Nec eum spes tanta fefellit, Nam sequentibus eum aliquot Romanorum cohortibus, misso insuper ad eum a M. Antonio tunc potente Romano rum duce, C. Sosio cum duobus milibus equitum, caeterisque ad eum Iudæis confluentibus, qui Antigoni odio tenebatur, undecim legionum, & quinque milium

*Iulius Cæsar
habuit quosdam uinculos
in itinere Pompeianorum
quosdam Pompeianorum
in itinere Pompeianorum*

*Herodes apud Antiochiam
se contra eum in auxilium
ad hostes fecerat*

*Pompeianorum quosdam de ciuitate
se contra Pompeianorum uires
ad alia uires
in itinere Pompeianorum
in itinere Pompeianorum*

H iij

lego orta est adhibere nihil lego
laquei p[er]it aut lego dicit roborat

LIBER

.II.

equitum collavit exercitum. Quo tanto auctus exercitu in iudæam prouens, & obuia quæq; prosternens, copias Hierosolymæ admouit. Cōtra quam ad septentrionis partem e regione templi qua Pompeius eā expugnauerat castra ponit. Distributoq; in opus exercitu, aggeres magnos accumulans, quibus & ligneas imposuerunt turre, & quibus ingentibus quas habere machinis muros perfringere conabantur. Sed mirare repugnantibus uirtute iudæis, aggeribus machinisq; ciuitati eorū nō admodum nocuere, neq; aperto Marte aduersum iudæos, superiores esse potuere. Verum ad cuniculos Herodiani milites conuersi, ex improbitate intra muros emergebant, antequam eorum pars aliqua tormentis disiecta fuisset. Tunc em lectissimi Herodis milites sequentibus eos magno ardore Sosii centurionibus, magno animo in ciuitatem irruerunt, & post eos omni infuso exercitu, Hierosolyma ab Herode & C. Sosio capta est, anno postquam a Romanis Herodes rex declaratus est tertio, & obsidionis mensis quinto, anno ferme tricésimo antequam CHRISTVS dominus noster nasceretur. Ruentibusq; in ciuium caedem militibus, miserabilis urbis facies fuit. Quia nec ulla ætatis sexusue reuerentia, furentem continuit militem, sed maxime strages edebantur. Herodes tamen magno conatu, auxiliaries milites ab ingressu prohibuit templi, eius profanationem & expilationem ueritus, ad quæ perpetranda, fama diuitiarum templi allecti, magno cum impetu ferebantur. Sed in hac re nox superueniens Herodi plurimū adiuuamento fuit.

Mox in fine astifera
murtur: que magis
ueniunt p[er]turbat
q[ui] ad expugnand[um] opida
parat

Templa est general
uocabulo q[ui] magis
uocantur p[er]turbat
q[ui] ad expugnand[um]
nauit in castra
castra et q[ui] magis
p[er]turbantur de m[er]ito
hanc p[er]turbat n[on] e[st]
castra p[er]turbat
et globos p[er]turbat
p[er]turbat: ut p[er]turbat
h[ic] et q[ui] p[er]turbat
q[ui] p[er]turbat de p[er]turbat
p[er]turbat sine p[er]turbat
Comanda magis q[ui] d[icit]
la Coan: q[ui] Coan
p[er]turbat magis
p[er]turbat

79

32

Demum cum aliter non posset, Herodes suis ipse largitionibus abunde militem donans, templum ac civitatem a direptione saluauit. Captus autem Antigonus atque ad Antonium missus, securi percussus interijt. mors In quo in populo Iudæorum dux & princeps sui generis omnino defecit, ut iamiamque describemus.

¶ Quomodo ueniente in carne domino, regnum apud Iudæos, & sacerdotium ex propria & legitima gente cessarunt. Ac de multis uarijsque seditionibus, quibus post dominicam ascensionem uexati sunt Iudæi.

¶ Caplm. IX.

H Eficiente igitur pontificum & regum principatu, Herodes alienigena Antipatris Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, nihil omnino pertinens ad Iudæam, a Romanis Iudæorum suscepit principatum, cuius tempore CHRISTI natiuitate uicina, regnum & sacerdotium Iudææ quod prius per successores minorum tenebatur, destructum est, completa propheta, quæ ita in Genesi per Moysen loquitur. **Genesis**
 Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est. Et ipse est expectatio gentium, Nam huius Herodis qui Iudæis triginta & septem regnauit annis, Anno tricessimosecundo **HVMANO GENERI PROSPER ILLE ET SALVTARIS FVLGOR IESVS CHRISTVS FILIVS DEI IN BETHLEEM IYDAE NASCITVR,** Herodisque
 H iij